



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXIII.**

31. Octobris. Pridie Cal. Novemb.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**


352 ANNI CISTERCIENS.

extenderint ad fortia ac virtutum a-  
ctus planè viriles: quorum primaria  
exercitatio fuit, mentem statione im-  
mobili figere in contemplatione amo-  
ris divini, ex qua radice non potuerunt  
non prodire uberes sanctimonix fru-  
ctus. Dei & rerum æternarum oblivio  
moriiferum illud venenum est, quod om-  
nes virtutes extinguit; quod peccati labe  
totum genus humanum corrumpit. Doce  
me tam noxium malum omni conatu vi-  
tare.

S. BERNARDUS, ser. 3. de Epiph.

DEO nec de-  
est po-  
tēstas,  
nec vo-  
luntas  
nos ju-  
vandi.

Secure credamus in Jesum, secure cre-  
damus ei nos ipsos, Fratres mei; cui  
nec potestas deest salvandi nos, cum sit  
verus Deus & Dei Filius: nec bona  
voluntas; cum sit tanquam unus ex  
nobis, verus homo & hominis filius.  
Quomodo namque nobis erit inexora-  
bilis, propter quos factus est similis  
nobis passibilis?



31. Octobris. Pridie Cal. Novemb.

Floruit B LADISLAE Converse in Polo-  
anno nia: qui ob tarditatem memoriæ  
1221. nullas omnino preces addiscere pote-  
ras, quàm Salutationem Angelicam,  
idque

idque diuturno labore. In ea tamen simplicem devotionem respiciente DEO tantam sentiebas animi dulcedinem, ut linguam à pronuntiatione continua diu nocturne vacare non permitteres. Hæc tua pietas quam grata cœlo fuerit, statim post mortem patuit; dum ex corde tuo ignoti geminis arbor surrexit, cujus singula folia Angelici Nuncii verba, A V E M A R I A, pulcherrimis characteribus insculpta referebant. *Discat nunc lingua mea laudare Mariam, verè omni laude dignissimam. Tu illam dirige, ut linguæ cor meum consonet, atque ita has laudes decantet, ut eandem Cœli Imperatricem laudare æternùm mereatur.*

Salu-  
ratione  
Ange-  
licam  
devotiè  
recitat.

B. C L A R A, Bellopratensis Monasterii Abbatissa, quæ per annos quadraginta Virgines tibi subditas in majore virtutum quam auri abundantia rexisti: absque ulla tamen penuria: quotiescunque enim urgebat necessitas, præstò fuit ignoti nominis, sed elegantis formæ persona, quæ sine expectatione usuræ præsentem pecuniam numerabat, tamdiu ad usus tuos suffecturam, donec precibus tuis revocata, comparere iterum juberetur. *Si rectè paupertatem aestimo, nihil est illa divitius: si opes terrenas; nihil illis sperandum magis:*

Obijt  
anno  
1545.  
Pau-  
pertati  
succur-  
ritur  
prodi-  
gijs.

354 ANNI CISTERCIENS.

dum magis: hæc fumus sunt momento di-  
sparens: illa pretium est regni cælestis: hæc  
Lazaro aperuit sinum Abrahæ, illæ divi-  
tem epulonem æternam sibi in flammis  
cogunt. Cur ergò non tecum illas contem-  
nam, & cum paupere Christo egere des-  
derem?

S. BERNARDUS, S. I. in vig. Nat.

De cœ- In terris abundabat, & superabun-  
loChri- dabat species paupertatis: nesciebat  
stus de- scendit homo pretium ejus. Hanc itaq; Dei  
pauper- Filius concupiscens, descendit, ut eam  
tatis amore. eligat sibi, & nobis quoq; sua esti-  
matione faceret pretiosam.



ANNI